



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Krevese das Dorf Schalun, im  
Jahre 1334.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

Selikstørpe, in antiqua civitate et in locis aliis, ubi vada patent per aquam Byfen, ubi nostri thelonarii, sui precessores, acceperant thelonium et in ipso thelonio octo videlicet frusta, unumquodque frustum pro duodecim marcis argenti, vendidimus et donavimus eidem idem thelonium jure hereditario perpetuis temporibus possidendum, adjicientes, si idem Bethmannus, ejus uxor ac heredes ipsius, idem telonium vendere in futurum, vel etiam permutare, id debeat esse de nostra benevola voluntate, hoc adjecto, si burgenfes prefate civitatis voluerint in uno ac in duobus annis solvere aut emere idem telonium pro pecunia, pro qua idem Bethmannus id emit, hoc admittet ipse et sui heredes nec id impedient ullo modo. Preterea si quis ipsum Bethmannum, uxorem suam, heredes suos, pro injusto voluerit accusare sive impetere telonio, seu pro alia quacunq; causa, hic ipsum in Osterborch coram judice civitatis et non alias ullatenus inculcabit. Mandamus etiam et volumus, quod noster Advocatus nunc et in futurum statuendus, ipsos debet in omnibus telonii negotiis promovere fideliter, ac si nostrum esset telonium, nec in aliquo ullatenus impedire. Ceterum ipsos in nullo pregravare debemus indebite, nec aliquod malum ad ipsos adducere, quam quod aliis nostris burgenfibus civitatis prefate ingerere voluerimus vel inferre. Ut ergo hec nostra venditio rite facta futuris temporibus nequeat irritari, presentes literas fieri iussimus, et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes hujus rei sunt Conradus de Redere, Bartoldus Pincerna, Gerardus de Kerkou, Hermannus de Gardelege, Henningus de Gore, Fredericus de Deditz et plures alii fide digni. Actum et datum in Tangermunde, Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXVII<sup>o</sup>. sexta feria infra octavas epiphanie.

Nach einer alten bei der darüber vom Kurfürsten Joachim II. im Jahre 1542 Sonntag vor Joconditatis erteilten Bestätigung produzierten Copie.

XVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Krevese das Dorf Schalun, im Jahre 1334.

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. quarto Templin, In die sancti Bricii. Nos Ludovicus etc. Ad uniuersorum presentes litteras intuentium cupimus notitiam peruenire, quod pro antidoto animarum nostre atque nostrorum predecessorum dedimus et per presentes donacione sollempni donamus personis in cristo deuotis priorisse totique conventui cenobii in Crevese ordinis sancti benedicti proprietatem plenam et omnimodam super duobus mansis in Scalun, ita quod nichil juris nobis vel nostris successoribus reseruauimus in eisdem ymo omni iuri, quod nobis competere ad eisdem mansos poterat, renunciauimus renunciacione debita et consueta.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XIV.